BIBLE OR OLD TESTAMENT
LATIN

FRAGMENTA VETERIS
TESTAMENTI

FRAGMENTA VETERIS TESTAMENTI

IN LATINUM CONVERSI E PALIMPSESTO VATICANO ERUTA.

EDIDIT

F. GUSTAFSSON.

ACCEDIT CODICIS SPECIMEN HELIOTYPICUM.

EX ACT. SOC. SCIENT. FENN. (TOM. XII.)

HELSINGFORSIÆ.

1881.

Typis officinae Societatis Litt. Fenn.

Heysius et Tischendorfius librum quem inscripserant „Biblia sacra latina Veteris Testamenti Hieronymo interprete“ cum anno 1873 edidissent, vel optime existimantibus non satis probaverunt. Et iuste sine dubio reprehendebantur, quod sola stichorum descriptione contenti non modo id in primis egissent, ut ad optimorum codicum fidem verba redderent Hieronymi, sed ne Amiatini quidem codicis auctoritatem tanti fecissent, ut eam secuti, quod in illo rectius scriptum repperissent, id in contextu ponerent verborum, contraria, quamquam essent usu recepta, in adnotationes reicerent *). Neque defuerunt qui totum Amiatinum librum ne vitiis quidem emendatis desiderarent expressum, ut tam vetusti codicis haberemus imaginem certam **). Qui illud voluit, Hamannus, idem non negat aliorum quoque codicum auctoritati aliquid tribuendum esse, immo Amiatino nonnullis locis omnino non obsequendum. Recte et hoc censuit et illud. Quis enim vituperat eos qui omnia verba, omnes litteras reddiderunt antiquissimae cuiusque scripturae, quis non laudibus effert si quis ipsos litterarum ductus assimulavit et expressit? Iam vero cum de libris divinis in latinum ab Hieronymo translatis agitur, quid faciendum sit de codicibus calamo scriptis praeclare ostendit Vercellonius ***), qui diligentissima opera plurimis codicibus congestis collatis excerptis de Vulgata quam dicunt versione optime est meritus. Utinam illi contigisset ut opus perageret suum, et doctrinae excultae et pii erga Deum animi insigne documentum! Sed verendum est mihi a magnis initiis profecto ut videar

„non fumum ex fulgore, sed ex fumo dare lucem“.

Romae in celeberrima bibliotheca pontificia dum Papinii Statii libros excutio, incidi in codicem rescriptum numero signatum 3281 inter Vaticanos,

---

*) Vid. Literarisches Centralblatt für Deutschland 1873, pag. 1059.

**) Vid. Zeitschrift für wissenschaftliche Theologie 1872, pag. 591.

***) Vid. Variae lectiones vulgatae latinae Bibliorum editionis Tom. I—II. Romae 1860 et 1864.

in quo obscurata priore scriptura manu saeculi undecimi vel fortasse duodecimi ineuntis scripta erat litteris longobardicis Statii Achilleis — ad hoc carmen emendandum quid e codice possit hauriri, alias exponemus —. Veterem scripturam accuratius examinatam cum intellexissem ad me non pertinere, sed esse particulas non integras prophetarum minorum in latinum sermonem conversorum, tamen non contemnendam censui, sed vel propter aetatem dignam quae, quantum posset fieri, legeretur et cognosceretur. Itaque, quibus horis per malignam saepius illo tempore solis lucem licebat in vetere scriptura eruenda occupatus, non pauca effeci ut legerem. In patriam cum revertissem, quamquam non iis quibus opus fuerat instrumentis librorum uti poteram, edere constitui vetustissimi libri reliquias, antea praesertim neglectas.

Nam solus, quod sciam, Vercellonius in libello italice scripto huius codicis fecit mentionem, tum quidem nihil aliud agens nisi ut demonstraret etiam sanctarum litterarum libros rescribi esse solitos; idem antiquissimam esse dicit scripturam *).

De aetate codicis nihil adfirmaverim **), sexto tamen saeculo si quis scriptum putaverit, non obloquar. Vetustatis indicia sunt u n c i a l i u m litterarum formae semper servatae, pulcherrimae et plenissimae, verborum rara, syllabarum ubique recta divisio, sententiarum distinctarum et stichorum, quantum vidi, usus nondum frequens, antiqua et incorrupta scribendi ratio, librarii menda paucissima. Correctionem unam tantum repperi certam fol. XI a. Compendia non inveniuntur nisi quae in divinis libris semper fuerunt usitata, ut $\overline{\text{ds}}$, $\overline{\text{dns}}$, $\overline{\text{isrl}}$. De lineola superducta *m* litteram in fine verbi significante vix dubitandum videtur, quamquam semel tantum eam certe vidi in ligatura fol. I a positam. Ligaturas quas vocant admisit librarius in finibus versuum easque simplicissimas. Neque minoribus litteris usus esse videtur, nisi forma vix mutata sive ad exitum adducit versum sive cum addendum fuit aliquid. Ornamenta addita videntur non sane exquisita arte perfecta. In paginarum ac sententiarum initiis poni solet littera maioris formae paulum in margine prominens. Versus non ubique recta linea feruntur, sub finem praesertim. Paginae non divisae sunt, ut admodum longi sint versus. Ex vetere libro ad novum, qualis nunc est Achilleidos codex, conficiendum cum diversa folia nullo ordine exsecta sint eademque non solum complicata et consuta, sed etiam, quod plus attulit detrimenti,

*) „Scrittura antichissima". Vid. Dissertazioni Accademiche di vario argumento. Roma 1864, pag. 10 et not.

**) Conferantur de hac re quae verissime dixit Theod. Mommsenus vir celeberrimus in commentationibus phil. hist. Reg. Societ. Scient. Berolin. a. 1868 pag. 159.

variis modis recisa, quam ampla fuerint, certe dici non potest; maiorem quae nunc dicitur quartanariam formam, si non etiam illa maiorem, habuisse constat. Dimensis enim in singulis foliis spatiis et inscriptis et vacuis veteris libri scripturam repperi altam fuisse metrum quod dicitur mensurae decimanae gallicae 0,165, latam fere $0{,}16^{m}$; vacuum autem spatium, ubi maximum, et in dextro et in sinistro margine patere $0{,}075^{m}$, in inferiore item $0{,}075^{m}$, in superiore $0{,}0475^{m}$; totam igitur veteris libri paginam altam fuisse, ut minimum, $0{,}2875^{m}$, latam $0{,}3^{m}$. Foliorum servatorum numerus est undecim, in novo libro, multo quippe minoris formae quam fuit vetus, duplicatus. Versus in unaquàque pagina vetere sunt duodecim, neque in iis saltem quas commode legere potui est cur existimem fuisse plures paucioresve. Litterarum in singulis versibus admodum est varius numerus; minimus enim est, nisi fallor, duodecim, maximus viginti quattuor. Summam in eadem pagina longissimi et brevissimi versus differentiam esse septem litterarum repperi. In sententia conclusa vel concludenda, ut videtur, non semel litterarum numerus seu diminutus est seu auctus. Nulla ego causa adducor, alios ut alias partes librarios scripsisse, nedum ex diversis fuisse haec folia libris sumpta censeam.

Sed alia subit dubitatio animum meum reputantis non in minimis rebus discrepare inter se hunc codicem et vulgatam editionem. Nescio tamen an etiam plus abhorrere putem eum de quo agimus librum ab Itala quae appellatur versione. Quamquam haec scribenti ad manum non est Sabatarii opus aut aliud, unde possim de illa re certior fieri, praeter hoc quod ex illius doctissimo libro excerpsi, iuxta quod ponam eundem locum de Vaticano codice descriptum addita vulgatae discrepantia.

Jon. 3, 8. 9.

Antiqua versio.

et cooperti sunt saccis homines et iumenta, et clamaverunt ad Dominum vehementer; et reversus est unusquisque de via sua mala et ab iniquitate, quae erat in manibus eorum dicentium: quis scit, si convertatur Deus et exhortetur et avertatur ab ira furoris sui, et non pereamus.

Vaticanus codex.

et operiantur saccis homines et iumenta, (*Vulg.* et) clament ad Deum (?, *Vulg.* Dominum) in fortitudine; et convertatur vir a via sua mala et ab iniquitate quae ést in manibus eorum; quis enim *(hoc verbum omittitur in Vulg.)* scit, si convertatur et ignoscat Deus et revertatur a furore irae suae, et non peribimus *(ultimum verbum legi nequit in cod. Vatic.)*.

Quamquam hoc loco illa quidem quae perhibetur antiqua versio nescio unde sumpta prorsus consentit cum graeca Septuaginta virorum interpretatione: *καὶ περιεβάλλοντο σάκκους οἱ ἄνθρωποι καὶ τὰ κτήνη, καὶ ἀνεβόησαν πρὸς τὸν θεὸν ἐκτενῶς καὶ ἀπέστρεψαν ἕκαστος ἀπὸ τῆς ὁδοῦ αὐτῶν τῆς πονηρᾶς καὶ ἀπὸ τῆς ἀδικίας τῆς ἐν χερσὶν αὐτῶν, λέγοντες· Τίς οἶδεν εἰ μετανοήσει ὁ θεὸς καὶ ἀποστρέψει ἐξ ὀργῆς θυμοῦ αὐτοῦ, καὶ οὐ μὴ ἀπολώμεθα.*

Verum, ut dixi, ne vulgatae quidem versioni prorsus similes sunt particulae, quae paucissimae in Vaticano codice sunt traditae. Ac duobus quidem locis melius mihi videtur in eo scriptum esse, si latini sermonis elegantiam respicias, neque tamen ad exempla hebraica non expressa *).

Hos. 4. 6, 7.

Vulgata.	Vaticanus codex.
quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi; et oblita es legis Dei tui, obliviscar filiorum tuorum et ego. Secundum multitudinem eorum sic peccaverunt mihi; gloriam eorum in ignominiam commutabo.	quia tu scientiam reppulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi; et quia **) oblita es legis Dei tui, obliviscar et ego filiorum tuorum; Secundum multitudinem eorum qui (*id est:* filiorum tuorum, quiqui sic peccaverunt mihi; *cetera non sunt*).

Eadem de causa memorabilis est alius locus Zachariae prophetae.

Zach. 7, 14.

Et dispersi eos per omnia regna, quae nesciunt; et terra desolata est ab eis, eo quod non esset transiens et revertens.	Et dispergat (? dispergam) eos per omnia regna, quae nesciunt; et terra desolabitur ab eis, eo quod non sit transiens et revertens.

Cum Vaticano codice facit hoc loco Septuaginta interpretum versio: *καὶ ἐκβαλῶ αὐτοὺς εἰς πάντα τὰ ἔθνη ἃ οὐκ ἔγνωσαν, καὶ ἡ γῆ ἀφανισθήσεται κατόπισθεν αὐτῶν ἐκ διοδεύοντος καὶ ἐξ ἀναστρέφοντος.* Item alio loco Zach.

*) His in rebus multum me adiuvit benevolentissima opera Aug. Toettermannus professor nostrae academiae doctissimus.

**) Eandem particulam additam vidi in Pagnini versione anni 1528, *quandoquidem* insertum est in Vatabli et Rob. Stephani versione anni 1605.

8, 17 *διότι ταῦτα πάντα* (in editione TISCHENDORFII a. 1860 adfertur varia lectio *παντα ταυτα*) *ἐμίσησα*, Vaticanus omnia enim haec odi, Vulgata omnia enim haec sunt quae odi *). Minoris haec sunt momenti: Vaticanus Hos. 4, 6 obliviscar et ego filiorum tuorum (item in VATABLI et STEPHANI versione), Vulgata filiorum tuorum et ego, Septuaginta *κἀγὼ ἐπιλήσομαι τέκνων σου*; Hab. 2, 3 Vatic. expecta eum (item PAGNINUS; eam sc. visionem VAT. et STEPH.), Vulg. expecta illum, Septuag. *ὑπόμεινον αὐτόν*; Zach. 8, 19 Vatic. domui Iudae, Vulg. domui Iuda, Septuag. *τῷ οἴκῳ Ἰούδα*.

Haec omnia bene latine scripta sunt in Vaticano codice; etiam in illis, quae nunc adferam, ut aptius verba connecteret scriptor inseruisse quaedam videtur. Amos 7, 6 Vatic. Misertus quoque est Dominus (VAT. et STEPH. misertus itaque est), in Vulgata omissa est particula; Ion. 3, 9 Vatic. Quis enim scit, Vulg. coniunctione caret; Soph. 3, 17 Vatic. salvabit te (VAT. et STEPH. servator), in Vulgata omissum pronomen, Septuag. *σώσει σε*. Contra Ioel 2, 7 ostendit mihi recte non addit Vaticanus codex verbum Dominus, sicut factum est in Vulgata et Septuag. (*ἔδειξέ μοι κύριος*). Addendae denique sunt duae aliae Vaticani et Amiatini discrepantiae. Ion. 3, 10 paenituit et misertus est Amiat., primum verbum non habet Vatic.; Soph. 3, 14 iubilate Amiat., iubila Vatic. Pauca omisi aut levissima aut incerta.

Quas attuli tam in brevi spatio discrepantias non paucas neque, si coniunctae examinantur, parvas, eae num librario omnes debeantur, mea quidem sententia dubitandum est in tam antiqua scriptura tamque sacro libro. Quid, si duas fuisse Hieronymi versiones recte disputaverit inter alios HUMFREDUS HODIUS **), facile credas hoc, quod praebet codex Vaticanus, alterius esse exemplum. Nihil tali in re adfirmandum est, praesertim cum nondum exstet critica, ut aiunt, Hieronymi versionis editio, id vero nonne optandum est, ut plura huius codicis folia conquirantur, edantur, conferantur? Ex aliis Veteris Testamenti in latinum versi codicibus vetustissimis nullum equidem cognovi, qui cum hoc sit comparandus ***).

---

*) Eam lectionem hebraicam, qua nisus esse videtur Vaticani quoque codicis scriptor, alteri praetulit I. B. DE ROSSI in Variarum lectionum Veteris Testamenti vol. III pag. 214; alii aliter. Conferendus est de hac tota re NOVACKII liber, qui inscriptus est Die Bedeutung des Hieronymus für die alttestamentliche Textkritik (Gott. 1875).

**) De bibliorum textibus originalibus versionibusque graecis et latina vulgata lib. III, part. II, cap. II (Oxonii 1705).

***) Cfr in primis L. ZIEGLERI opus praeclarissimum cui index est: Die lateinischen Bibelübersetzungen vor Hieronymus und die Itala des Augustinus. München 1879, pag. 103 seq.

Postremo restat ut de exscribendo codice pauca moneam. Quae certe legi et quae ex litterarum ductibus, quoad videri potuerunt, conieci typis plenioribus aut exilioribus distincta sunt; minutis litteris obliquis excudenda curavi quae, ubi scriptura codicis abolita erat nec a me legi poterat, ipse addidi. Amiatini codicis stichos Heysii et Tischendorfii secutus editionem signavi hoc modo ⸭. Quae in Vaticano codice sunt distinguendi notae, uno atque eodem modo ÷ indicantur, quamquam plura fuisse videntur genera eorum. Verbis codicis subieci dubia nonnulla quaeque typis minus commode exprimuntur. In eadem adnotatione addidi lectiones Vulgatae (***V***), Amiatini libri (***A***) ex illa quam modo commemoravi editione sumptas, Septuaginta interpretum e Tischendorfii editione excerptas, denique quidquid aliud cum lectionibus Vaticani codicis comparandum est visum. H. Roenschii igitur liber praestantissimus qui inscriptus est „Itala und Vulgata" (alt. edit. a. 1875) saepius mihi commemorandus erit. Roberti autem librum cui est titulus „Pentateuchi versio latina antiquissima e codice Ludgunensi" cum a bibliopolis indicatum comperi, iam haec prelum subibant.

Adiecimus Vaticani codicis unius paginae (19 a) exemplum pari ambitu per heliotypiam expressum, quod benigne permittentibus pontificiae bibliothecae praefectis A. Mauius vir doctissimus voluntati nostrae humanissime obsecutus faciendum curavit.

Hos. 4, 6. 7.

Novi libri pag. 12 avers. (b) et pag. 13 advers. (a) summo margine cernuntur vestigia antecedentis versus secundi.

Fol. I a (I b ?). *Conticuit po*

pulus eo quod non

HABUERITSCIENTIAM 3

QUIATUS *c* IENTIAMREP

PULIST *i* REP *e* LLAM 5

TENESACERDOTIOFUN

GARISMIHIETQUIA

OBLITAESLEGEMDĪ

TUIOBLIUISCARET

EGOFILIORUMTUORŪ 10

Hos. 4, 7. SECUNDUMMULTITU

DINEMEORUMQUI 12

(sic peccaverunt mihi).

V. 3. Minoribus litteris expressa sunt in fine versus tertii am, *item in seqventi versu* rep. *Ligaturae sunt in v. 6 fin.* un, *sed id quidem nescio quo modo correctum, in v. 10* orū.

V. 7. quia *om. V*, *καὶ ἐπελάθου. V. 9, 10.* filiorum tuorum et ego *V*; *κἀγὼ ἐπιλήσομαι τέκνων σου. V. 12.* qui *om. V*; *αὐτῶν οὕτως.*

In altera veteris plagulae parte (13 b et 12 a novi libri) nihil equidem potui videre nisi ornamenta quaedam simplicissima duobus sinistri marginis locis disposita.

Ioel 2, 5—7.

9 a et 16 b novi libri paginis transversis iuxta summum veteris libri marginem integer versus incipit; sinistrum veteris libri marginem mutilum esse (sicut est aversae paginae dexter margo) videbimus.

(Sicut sonitus quadrigarum super)

Fol. II a. *c*APITAMONTIUM
*ex*S *i* L *i* ENT÷ICUTS *o*
*n*ITUS *f* LAMMAE*ig*
*n*ISDEUORAN *t* ISS*ti*
*p*ULAM÷UEL *u* T*popu*
*l*USFORTIS*para*
Joel 2, 6. *tus ad proelium a*
*f*ACIEEIUSCRU *c* IA
*b*UNTURPOPULIOM
*n*ESUULTUSREDIEEN
Joel 2, 7. *t*URINOLLAMSICUT
*f*ORTESCURRENT÷ 12

V. 5. ÷ *incertum, ut alias nonnumquam. V. 7. inter duas novi libri paginas est.*
V. 6. fortis, *λαὸς πολὺς καὶ ἰσχυρός. V. 10.* redieentur, *sic, ni fallor, Vatic.;* redigentur *V*; *πᾶν πρόσωπον ὡς πρόσκαυμα χύτρας.*

In altera pagina vetere praeter singulas diversorum verborum litteras partem primi versus antecedentem v. 12 excipientis legere potui.

Fol. II b. QUAS*viri*BELL*ato(res)* 1

Hic quoque duo vidi ornamenta simplicia.

Amos 5, 16—18.

Fol. III b (III a). **INOMNIBUSPLATEIS***planc*
TUSETINC*u***NCT***i***SQU***ae*
FORISSUNTDICETUR*vae*
*v***AEETUOCAB***u***NTAG***rico*
LAMADLU*c***TUMETAD***planc*
TUMEO*s***QUISCIUNTP***lan*
Am. 5, 17. *gere et in omnibus vi*
NE*i***SERITPLANCTUS***quia*
PERTRANSITBOIN*medio*
Am. 5, 18. **TUIDICITDNSUA***edesi*
DERANTIBUSDIEMD*ni*
*ad***QUIDEAMUOBIS**

V. 2—3. *καὶ ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς.* *V. 4.* vocabant *A.* *V. 9.* pertransibo *V*; *aliter atque indicavi supra vix legi poterit verbum in Vat.; ἐλεύσομαι (επελευσομαι). De* pertranseundi *verbo cfr Roensch*[2] *pag. 209, notandus etiam praepositionis* in *et adietivi* medius *usus.* *V. 12.* *ἵνα τί αὕτη ὑμῖν ἡ ἡμέρα τοῦ κυρίου;*

Novi libri 6 b et 3 a paginis tranversis post spatium vacuum relictum primus versus incipit; dexter margo desectus est. In vacuo spatio minoribus quam cetera litteris scriptum est **AMOS**, pari loco altera in pagina **PROFETA**, utrumque simplici ornamento distinctum. Praeterea hac in pagina (6 a et 3 b) nihil a me lectum est. Malui autem adversam putare quam aversam prophetae verbo supra scripto ductus. Nam eadem ratione in adversa folii IV pagina prophetae verbum additum est, contra folii V aversa in pagina ipsum nomen Amos. Haec igitur, quae descripta est, aversa est pagina.

Amos 7, 2—7.

5 b et 4 a inversis nonnulla legi possunt. Primum, quale antea vidimus, est **PROFETA**. Quae sequuntur, non certe singulis versibus possumus describere.

(Et actum est cum consummasset comedere)
Fol. IV a. **HE** *r* **BA***m terrae dixi:*
*Domine Deus propitius e*ST*o*
*obsecro quis su*SC*itabit*
Iacob quia parvu
(Am. 7, 3) **LUS EST**; **MIS**E*rtus est*
DNS *super hoc: Non erit*
(Am. 7, 4) **DIX***it dominus Haec ost*EN
DIT *mihi dns ds et ecce vocabat*
*i***UD**ICIUM AD *ign***EM**
DNS *ds et devorab*IT
*aby***SSU**M *mul*TAM
et comedit simul partem

V. 1. et dixi ***A***. *V. 3.* suscitavit ***A***. *V. 7. Ante* haec *videtur fuisse distinguendi nota.*

V. 8. longior quam ceteri est, ut suspicer aliquid omissum fuisse. V. 10. devoravit ***V***, devorabit ***A***, *idem aut fortasse* devorabat *Vatic.*, *κατέφαγε.*

Paulo melius processit versa pagina vetere (4 b et 5 a inversis) lectio.

Fol. IV. b. ET*d*IX*id*NEDSQUIESCE
Am. 7, 5. OBSECROQUISSU*sci*
TABITIACOBQUIAPA*r*
Am. 7, 6. UULUSEST÷MISERTUS
*q*UOQUEESTDNSDSET
INHO*c*SEDIS*tudnon*
Am. 7, 7. E*ritdixit*DNSDSHAEC
OSTENDITMIHI÷
ETECCEDNSSTANSSUPER
MURUM*litum*ET*in*
MANUEIUSTRULla
caementarii

V. 5. quoque *om.* ***V***, *μετανόησον κύριε ἐπὶ τούτῳ. καὶ τοῦτο,* et *om.* ***V***, *dubium est in Vatic. V. 6.* et istud ***V***. *V. 8.* mihi Dominus ***V***, *κύριος; V. 9.* Et ecce *om.* ***A***.

Ultimus paginae truncatae versus (ut in 5 b et 4 a) abest.

Amos 9, 5—8.

Novi libri paginarum 21 b et 18 a transversarum prorsus eadem est ratio atque earum in quibus vidimus Am. 7, 2—4 exstare, ut ne versuum quidem descriptio plane certa sit.

Fol. V a. *et ascen*D*et sicut* **RIUUS**
omnis et defluet
sicut fluvius **AE**
Am. 9, 6. *gypti Qui aedi*FICAT **IN**
caelo ascensionem
suam et fasciculum
suum super terram
*fundavit Qui v*OCAT
aquas maris et **EFF***un*
dit eas super **FACIEM**
*terrae. Dominus no*MEN
Am. 9, 7. *eius Numquid non*

V. 8. vocat, a *et* t videntur ligata esse. *V. 10. in fine* m *minutae formae est.*

Haud secus atque in eo, quod proximum descripsimus, folio etiam in hoc altera pagina facilius legi potest. Dexter margo mutilus est. Supra adfertur [illegible] in versu excipiuntur antecedentia.

IOPUMU*oses*
LIIISLAITD*ns*
NUMQUITNON*i*S*l*AS*cen*
DEREFEC*i*DETERRA*ae*
GYPTIETPALESTINO*s*
*d*ECAPPADOCIAETS*yros*
Am. 9, 8. DECYRENE÷EC*ceoculi*
DNIDI*s*UPERREGNU*m*
PECCANSETCONTER*am*
ILLUTAFACIETERRAE
UERUMTAMENCON*te*
RENSNONCONTERAM
(domum Iacob, dicit Dominus).

V. 1. Prima littera U *paulo minus quam* N *in versu 3 proiectum est.*

V. 1. Aethiopum *V. (Roensch*², *463), V. 3.* quid *V, Roensch*², *456. Praeterea hoc adnotandum:* num quid non. *V. 4.* ascendere feci *Roensch*², *367. V. 5.* Palaesthinos *V*, Palestinos *A. V. 6.* Cappadochia *A. V. 8.* reenum *fortasse scriptum est in Vatic., cfr fol. II a vers. 10* redieentur. *V. 10.* illud *V Roensch*², *456.*

Amos 9, 5—8.

Novi libri paginarum 21 b et 18 a transversarum prorsus eadem est ratio atque earum in quibus vidimus Am. 7, 2—4 exstare, ut ne versuum quidem descriptio plane certa sit.

Fol. V a. *et ascenDe* … [illegible]US
omnis · *et* …
sicut fluv …
Am. 9, 6. *gypti* · *Qui aed* …
caelo ascensionem 5
suam · *et fasciculum*
suum super terram
fundavit · *Qui v*OCAT
aquas maris et **EFF***un*
dit eas · *super* **FACIEM** 10
*terrae. Dominus no*MEN
Am. 9, 7. *eius* · *Numquid non* 12

V. 8. vocat, a *et* t videntur ligata esse. *V. 10. in fine* m *minutae formae est.*

Haud secus atque in eo, quod proximum descripsimus, folio etiam in hoc altera pagina facilius legi potest. Dexter margo mutilus est. Supra adfertur prophetae nomen **AMOS**. Primo autem versu excipiuntur antecedentia.

Fol. V b. UTFILIIAETIOPUMU*oses*
TISMIHIFILIIISLAITD*ns*
NUMQUITNON*i*S*l*AS*cen*
DEREFEC*i*DETERRA*ae*
GYPTIETPALESTINO*s*
*d*ECAPPADOCIAETS*yros*
Am. 9, 8. DECYRENE÷EC*ceoculi*
DNIDI*s*UPERREGNU*m*
PECCANSETCONTER*am*
ILLUTAFACIETERRAE
UERUMTAMENCON*te*
RENSNONCONTERAM
(domum Iacob, dicit Dominus).

V. 1. Prima littera U *paulo minus quam* N *in versu 3 proiectum est.*

V. 1. Aethiopum *V. (Roensch*[2]*, 463), V. 3.* quid *V, Roensch*[2]*, 456. Praeterea hoc adnotandum:* num quid non. *V. 4.* ascendere feci *Roensch*[2]*, 367. V. 5.* Palaesthinos *V*, Palestinos *A. V. 6.* Cappadochia *A. V. 8.* reenum *fortasse scriptum est in Vatic., cfr fol. II a vers. 10* redieentur. *V. 10.* illud *V Roensch*[2]*, 456.*

Ion. 3, 7 — 4, 2.

14 b et 11 a inversis satis perspicua inveniuntur haecce.

(Et aquam)

Fol. VI a. Ion. 3, 8. NONBIBANTETOPE
RIANTURSACCISHOMI
NESETIUM*e*NTACLA
MENTADDMINFOR
TITUDINE÷ETCONUER
TATURUIRAU*i*ASUAMA
IA÷ETABINIQUITATE
QUAEESTINMANIBUS
Ion. 3, 9. EORUMQUISENIM
SCITSICONUERTATUR
ETIGNOSCATDSE*t*RE
UERTATURAFURORE

In fine v. 3 a *minutum; item, ut videtur, v. 5* r; *item v. 6* a, *v. 8* us. *V. 10* u *et* r *ligata videntur, item* ore *in v. 12.*

V. 1. et non bibant, *μήδε, cfr Quintil. I, 5, 50. Miror Roenschium ne verbum quidem fecisse de praevalente, ut ita dicam, usu* et non *particularum coniunctarum.* V. 3. et clament *V, καὶ ἀνεβόησαν.* V. 4. Dominum *V, τὸν θεόν.* V. 6. vir, *καὶ ἀπέστρεψαν ἕκαστος.* V. 9. enim *om. V, τίς οἶδεν εἰ; de* si *particulae usu interrogativo cfr Roensch*[2], *404.*

Versa vetere pagina (11 b et 14 a) multo minus facile legi possunt ea quae sequuntur. Additum est prophetae nomen **IONAS**.

Fol. VI b.

IRAESUAEET*non*PER

Ion. 3, 10. I*bimusetvidit*DS

*ope*RA *e* ORU*mquia***CON**

UERSISUNTDE*via*SUA

*mala*ET**MISER**TUS

*est*DS*su*PERMALITIA*m*

QUAMLOCUTU *s* **FU***erat*

*utfaceret*EISETNON

Ion. 4, 1. *feciteta***D***flictus***EST**

IONAS *a* DFLICTIONE**MAG**

Ion. 4, 2. NAET*iratusest et ora*

vit ad dominum et dixit

Minutis litteris etiam hac in pagina usus est scriba, v. 1 in fine er, *v. 3* on, *v. 9* st, *v. 10* mag, *compendio fortasse in v. 6* ā, *ligatura, ni fallor, in v. 8* on.

V. 2. Dominus ***A.*** ὁ ϑεός. *V. 4.* a via ***A.*** ἀπό. *V. 5.* paenituit et ***A.*** *V. 9.* afflictus ***V.*** *V. 10.* iona ***A.***

Habac. 1, 16 — 2, 3.

17 b et 22 a transversis paucissima legi possunt, neque tamen dubitandum est quin is sit locus quem supra dixi.

(quia in ipsis in)
Fol. VII a. *cr*ASSATAESTPARS EIUS
ETCIBUSEIUSELECTU*s*
Hab. 1, 17. *Propter hoc ergo exp*AN
dit sagenam suam
*et semper interf*ICERE
*gentes non parc*ET
Hab. 2, 1. *Super custodiam meam*
stabo et figam gradum
super munitionem
et contemplabor ut
videam quid dicatur mihi
et quid respondeam

V. 5. Notandus est infinitivi usus, Cfr Terent. Hec. 3, 1, 2, hancine ego vitam parsi perdere. *Septuaginta: ἀποκτέννειν ἔθνη οὐ φείσεται.*

Aversa pars folii veteris libri (17 a et 22 b transv.) facilior est lectu, nisi quod dexter margo mutilus est.

Fol. VII b. ADARGUENTE*mme*

Hab. 2, 2. ETRESPONDITMIHI*dns*

ETDIXIT÷ SCRIBE*uisum*

ETEXPLANAEUMSU*per*

TABULAS÷ UTPERCUR*rat*

QUILEGERITEUM

Hab. 2, 3. *quia adhuc visus procul*

ETAPPAREBITIN *f* IN*em*

ETNONMENTIETU*r*

SIMORAMF *e* CERIT*ex*

PECTAEUM÷ QUIAU*eni*

ENSUENIETETNONTARD*abit*

In fine v. 12 n *et* t *per ligaturam scripta, reliqua* ardabit, *nisi fallimur, minoribus litteris.*

V. 5. Hoc certe loco in stichorum ratione inter se dissentiunt Vatic. et **A**; *cfr etiam seq. V. 8. Haec cum antecedentibus coniunguntur in* **V** *et in Septuag. V. 11.* illum **V**, *αὐτόν.*

Soph. 3, 13—20.

Ex huius prophetae vaticinio duo exstant veteris libri folia continua, sed ex iis ipsis non multa potui legere, et posterius dimidia parte mutilatum est. Assuto huic alius veteris libri folio — in quo ne unum quidem verbum prioris scriptionis integrum legi — continuatur Achilleis Statii. Sed ad prius folium venio.

Summo margine mutilato in utraque pagina bini versus et superior tertii versus pars perierunt. In adversa pagina (8 b et 1 a) haec sunt.

Fol. VIII a.

Reliquiae Israel non
facient iniquita-
TEMNEC*loquentur*
M*e*NDAC*iu*M*e*TNO*n*
I*n*UENIE*t*UR*i*NOREEO
RUMLINGUADOLOSA
QUONIAMIPS*i*PAS*ce*NTUR
E*ta*CCUBAB*u*NTETNON
ERITQUIEXTERREA*t*÷
Soph. 3, 14. LAUDAFILIASI*o*NIUBIL*a*
ISLLAETAREE*te*XUL*ta*IN
OMNICORDE*filia*IERUSAL*em*

Ligata videntur in v. 7 fine ntur *et in v. 12* usalem; *in illo versu paulo minus, quam in v. 10* l, *procedit prima littera verbi* quoniam.

V. 9 ὁ ἐκφοβῶν αὐτούς. *V. 10* iubilate *A.* κήρυσσε.

Versa vetere pagina (1 b et 8 a) excipiuntur antecedentia.

Fol. VIII b. *Abstulit dominus iudicium*
Soph. 3, 15. *tuum avertit amicos*
*tu*OSREXISLDNS
*inmedi*OTUINONTI
*mebism*A *l*UMULTRA÷
Soph. 3, 16. *Indicilladic*ETURHIE
*rusalem*NOLITIMERE÷
*sionnon*DISSOLUANTUR
Soph. 3, 17. *manustuae*DNSDS*tuus*
*inme*DIOTUIFORTIS÷
*ipsesalva*BITTE÷ GAUDE
*bitsuper*TEINLAETIT*i*A

Minore forma scriptum est in fin. v. 7 e; *ligata v. 8* ntur.
V. 4. ὄψῃ; in hebraicis exemplis eadem est lectionum varietas. *V. 5.* Ierusalem *V ut Soph. 3, 14.* *V. 8.* non dissolvantur, μὴ παρείσθωσαν. *V. 11.* te *om.* *V*, σώσει σε.

Iam vero videamus quid infuerit in posteriore folio, in quo Sophoniae vaticinium continuatum diximus. Atque adversae quidem paginae ea in parte (10 a) quam abscissam esse vidimus. hi fere versus scripti fuisse putandi sunt.

Fol. IX a. *silebit in dilectione*
sua, exultabit super
Soph. 3, 18. *te in laude. Nugas, qui*
a lege recesserant
congregabo, quia ex te
erant, ut non ultra habeas
super eis opprobrium.

In ea parte quae servata est (15 b inv.) haec sunt, ea quoque dubitationis plena.

Soph. 3, 19. *Ecce ego inter*FICIAM
omnes qui afflixerunt te
in tempore illo et
*salvabo claudi*CANTEM
*et eam qu*AEE*ie*C*ta fu*ERAT

V. 3. De verbo nugas *cfr quae dixit Roenschius (Zeitschr. f. wiss. Theologie 1874, 124).*

Sequitur aversae paginae ea pars qua nunc caremus (10 b), quoquo modo fieri poterit, singulis describenda versibus.

Fol. IX b. *congregabo, et ponam*
eos in laudem et in no-
men in omni terra con-
fusionis eorum.
Soph. 3, 20. *In tempore illo quo ad-*
ducam vos et in tempore
quo congregabo vos, dabo

Non prorsus desperandum est de ea quae adhuc restat parte (15 a inv.), in qua illa excipiuntur recte. Dexter margo non est integer relictus; quam ob rem singuli aut bini litterarum extremarum perierunt ductus.

ENIMUOSIN*n*OM*en*
ETINLAUDEMO*mnibus*
POPULI*s*TERRAE÷CU*m*
CONUER*t*EROCAPTI*vi*
TAT*e*MUESTR*a*MCO*ram*

Unus tantum versus restabat Sophoniae prophetae

oculis vestris dicit Dominus

neque tamen dubium videtur quin proxima demum in pagina fuerit scriptus.

V. 9 dubium est omnibus, *nam* m *litterae posteriores ductus propius accedunt ad litterarum* ue *similitudinem.*

Zach. 7, 11—14.

Coniectura fisus, non iis quae certe vidi adductus putavi id quod sequitur folium veteris codicis exhibere quae supra indicavi. Quam enim paginam adversam existimo habendam, ea difficillima est lectu. Ii vero qui cernebantur litterarum ductus mihi videbantur ad alteram paginam ita aptius referri ut eam haec pagina excipere, quam ut ante illam legenda videretur. Praeterea in hoc folio bini primi versus perierunt. Quid in altera pagina (19 b et 20 a) putem fuisse scriptum explicabo.

Fol. X a(?). Zach. 7, 11. *Et noluerunt attende*
re et averterunt sca-
Zach. 7, 12. *pulam recedentem*
et aures suas aggrava
verunt ne audirent
ET *cor suum posuerunt*
U*t adamantem ne au*
D*irent legem et ver*
B*a quae misit dns exercituum*
in spiritu suo per
M*anum prophetarum*
*pri*O*rum et facta est*

V. 2 verterunt *A*. *V. 12 forsitam* suorum *Vatic.*, *τῶν ἔμπροσθεν*.

Certa sunt quae exhibet versa vetus pagina (20 b et 19 a) exceptis duobus primis versibus, quos abesse dictum est. Dextrae partis species heliotypo quod huic libello adiectum est expressa repraesentatur.

Fol. X b. *indignatio magna a dn̄o*
Zach. 7, 13. *exercituum* ⁜ *et factum est*
SICUTL*oc*U*t*USSUMET
NO*n*AUDIERUNT÷SIC
CL*a*MA*b*UNTETNONEX
AUDIAMDICITDN̄SEXER
Zach. 7, 14. CITUUM ⁜ ETDISPERGAT
E*o*SPE*r*OMNIAREGNA
QUAENESCIUNT÷ ET
TERRAD*e*SOLABITURAB
EIS÷EO*q*UODNONSIT
TRANS*ie*NSETREUERTENS ⁜

Ligata sunt in v. 3 fin. et; *v. 7* at, *ut simile sit* ā. *V. 12 ultimum* s *vetustissimam fere quam appellant cursivam habet formam.*

V. 7. dispersi *V,* *ἐκβαλῶ.* *V. 10.* desolata est *V.* *ἀφανισθήσεται.* *V. 11.* esset *V,* *ἐκ διοδεύοντος καὶ ἐξ ἀναστρέφοντος.* *De stichis videantur v. 4, 9 et 11.*

Zach. 8, 16—21.

In eius folii quod ultimum restat ut describam pagina adversa (2 b et 7 a) fere omnia legi exceptis tribus primis versibus, quorum, quia veteris codicis summus margo exsectus est, duobus prorsus caremus, tertii infimam tantum habemus partem.

(Et unusquisque malum contra amicum suum ne cogitetis)

Fol. XI a. *in cordibus vestris.*

Zach. 8, 17. *Et iuramentum men*

DAXNEDILIG*atis* OMN*ia*

ENIMHAECOD*idicit*DNS÷

Zach. 8, 18. ETFACTUMES*t*UERBU*m*

ADMEDICENSHAECDICITDNSEXERCITUU

Zach. 8, 19. DNIEXERCITUUM÷ IEIU

NIUMQUARTI*e*TIEIUNIUM

QUINTIIEIUNIU*m*SEPTI

MIETIEIUNIUMDECIMI

ERITDOMUIIUDAEINGAU

DIOETLAETITIA*m*ETINSOLLEM

NITATESPRAECLARAS

Minoris formae sunt v. 10 fin. au *et v. 11* llem, *item quod additum est ad v. 6. Singularis, quod sciam, est in initio v. 8 ligatura* nt.


V. 4. haec sunt quae odi *V*, *ταῦτα πάντα (παντα ταυτα) ἐμίσησα. V. 7. ἡ τετράς (ἡ πέμπτη et cet.). V. 8. post* quinti *ponit* et *V*, *(καί). V. 10.* Iuda *V*, *Ἰούδα. V. 11.* gaudium et in *A*, *εἰς χαρὰν καὶ εὐφροσύνην (και ες ευφροσυνην)*, gaudium et laetitiam *V*; *saepe in Vatic.* o *et* u *litterae similes, hoc loco nihil tamen est dubium.* (*Cfr quae dixit* E. Ludwigius *in Burs. Jahresb. 1876. 2. p. 243 seq. et* I. N. Ottius *in Fleckeis. Jahrb. 1874 p. 786*).

Versa pagina (7 b et 2 a), quamquam nullum verbum legi integrum, tamen non dubitandum existimo quin illa quae antecedunt excipi putanda sint.

Fol. XI b. *veritatem tantum et*
pacem diligite.
Zach. 8, 20. *Haec dicit dns exer*
cituum usque quo ve
niant populi et habitent
*in civitatibus mult*IS
Zach. 8, 21. *Et vadant habitatores un*US
*ad alterum dic*ENTES
*eamus et depre*CEMUR
*faciem dni e*T *qua*ERA
*mus dnm exercit*UUM
*vadam etiam e*GO ÷

Ligata sunt v. 7 fin. us *et v. 9* ur; *minoris formae v. 10 fin., ut videtur,* a *et v. 11* m.

V. 11 suspicor queram *esse scriptum.*



Eliotipia Martelli, Roma